# Dissertatio medica inauguralis de variola ... / eruditorum examini subjicit Archibaldus Inglis.

#### **Contributors**

Inglis, Archibald, 1801-1889. Woodforde, James Royal College of Surgeons of England

#### **Publication/Creation**

Edinburgi: Excudebant Oliver et Boyd, 1824.

#### **Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/rpzrh6th

#### **Provider**

Royal College of Surgeons

#### License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

## DISSERTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

## HYDROTHORACE.

Quoniam omnia corporis cava membrana serosa investita sunt, e qua humor perpetuo effunditur, ad eorum superficiem humectandam, et, lubricando organa contenta, simul ac partes continentes, ad frictionis effectus imminuendos, hic liquor vel justo minor vel copiosior fieri potest.

Ex his vitiis posterius saepius incidit, et nisi vi vasorum absorbentium submoveatur, humoris coacervatio fit, cui nomen Hydrops imponitur; quod malum speciatim varia nomina accipit, pro corporis cavo, in quo contineatur; si in pectore, Hydrothorax; si in abdomini, Ascites; si in capite Hydrocephalus vocatur. De primo quorum, in hoc tentamine, disserere constitui, quoniam haud raro incidit et magni interest penitus idem cognoscere.

Cullenus posuit hunc morbum in classe "Cachexiae," in ordine "Intumescentiae," hisque verbis eum finivit "Dyspnoea, faciei "pallor, pedum oedemata, urina parca; de-"cubitus difficilis, subita et spontanea e "somno cum palpitatione excitatio; aqua "in pectore fluctuans."

extremarem partium anusarea, optical saepte seed extendit per totuci corpus fusquerias rácidem itamic hace praecipius versula manturia man tempus tunicat atque turgeat; vultus pellidus magnamque anxietatem ostendeus, tabris afraque nast fividis purpurelsve factas.

coult hebetes tanginidique, numer conjunate.

rapporters quod malum speciation varia nos

### DE SYMPTOMATIS.

Hic morbus plerumque haud parum procedit, priusquam aegri attentionem ad se attrahit: prima indicia sunt sensus ponderis atque oppressionis ad cartilaginem ensiformem cum spiritûs difficultate, aliquo corporis nisu motuve magnopere auctâ, et praesertim quoties homo clivum ascendit, aut corpus flectit, aut decumbit, ideoque maxime noctu exacerbatur, tussis, primo plerumque sicca, dein post spatium cum muco aquoso exsputo haud raro sanguine tincto; extremarum partium anasarca, quae saepe sese extendit per totum corpus usque ad faciem, ita ut haec praecipue versus matutinum tempus tumeat atque turgeat; vultus pallidus magnamque anxietatem ostendens, labris alisque nasi lividis purpureisve factis, oculi hebetes languidique, tunica conjunctiva simul subflava facta; urina justo minor,

sedimentum rubrum rosaceumve demittens, saepe calore aut acidis coagulanda; lingua muco obtecta, sitis importuna, cutis sicca atque aspera; macies et corporis infirmitas, et alvus adstricta.

In ulterioribus morbi temporibus, spiritus multo magis laborat, ita'ut homo decumbere nequeat per parvum temporis spatium, sed cogatur truncum fere erectum servare; subinde autem maximum percipit levamen, flexo corpore versus genua; et ubi humor effusus unum tantum latus occupat, facilius plerumque decumbit eo latere, in quo humor est: nonnunquam autem prorsus contrarium est. Somnus saepe interrumpitur propter frequentes excitationes a sensu strangulationis ortus, somniaque dira, quibus aeger versus morbi finem continuo vexatur.

His indiciis accedunt cordis palpitationes aliquando adeo vehementes ut conspici atque audiri adstantibus possint, pulsus celeres inordinati infirmi atque sese intermit-

Nonnunquam fit ut motus aquae tentes. in pectore ab aegro ipso percipiatur, quoties subito se moveat, veluti si recumbens festinet surgere. In nonnullis exemplis dolor sentitur cum torporis sensu sese extendere a corde ad partem unius vel utriusque brachii mediam. Somnolentia, coma, et delirium cum sudoribus copiosis viscidis in superiori corporis parte saepe in ultimis morbi diebus urgent. Respiratio paulatim magis difficilis fit, et intervalla inter spiritus singulos longiora evadunt donec, eâdem tandem prorsus impeditâ, homo extinguitur. Mors plerumque ex repentino fit, dum aeger e lecto surgit, aut aliquo modo corporis nisum edit.

His indicits accedent cordis palpitationes aliquando adeo vehementes ut conspici atque audiri adstantibus possint, pulstis cele-

ger versus morbi finem continuo vexatur

## DE CAUSIS.

prac ceterrs actificium

CAUSAE diducuntur in eas quae proclivitatem dant, et in eas quae morbum excitant.

Causae quae hominem huic malo obnoxium reddunt, sunt, labes corporis haereditaria; sexus; mares saepius in hunc morbum incidunt quam feminae, non quia magis ad eum proni sunt, sed quia frequentius causis objiciuntur, proclivitas forte grandior est in feminis propter corpus earum laxum atque infirmum ;-aetas ; quanquam nulla aetas hujus mali immunitatem habet, saepius tamen in provectioribus oritur, quia in his totum corpus infirmatum est atque debile evasit. Haud raro autem in junioribus accidit allatum aut a vitio organico vel prava thoracis viscerumve ejus conformatione, aut a conditione totius corporis vitiata; hic enim morbus plerumque corpora

obesa, crassa et parum procera infestat. Nullum prae ceteris artificium videtur hominem ad eundem procliviorem reddere.

Causa quae proxime excitat effusionem aquosam ponitur in humoris pleuram humectantis absorptione imminutâ, in aucta exhalatione, aut in utroque conjuncto vitio, quod, ut verisimile est, multo saepius fit; aliquo ex his vitiis orto, coacervatio aquae praeter naturam accidit. Causae quae hanc hujus functionis conditionem vitiatam afferre possunt, sunt; Coelum et regio; frigidum coelum regionesque palustres hunc morbum creant; hinc in Batavia, Geneva aliisque similibus locis infestat; aqua perniciosa, consuetudo cerevisiam, et liquores ex alcohole confectos parum dilutos assumendi immodica copia. Hinc ebriosus haud raro hoc morbo e vita tollitur. Diuturnae et copiosae praeter naturam evacuationes, quales sunt, per purgantia medicamenta, haemorrhagiae, etc. Alienus hydrargyri usus, diaeta parca, humida et parum nutriens, li-

quores frigidi calefacto corpore sumpti, animi affectus isti praesertim qui hominem demittunt, vita sedentaria, dyspepsia, curationes manu, quales sunt extremarum partium amputationes, inflammatio chronica viscerum intra thoracem diu perstans, scarlatina, post quem morbum magna existit ad hydropem proclivitas, sanguis impeditus motu per pulmones, vitia strumosa in glandulis bronchialibus, diuturni et frequentes catarrhi, et praecipue catarrhus senilis, adhaesiones inter pleuram pulmonalem et costalem, vel inter cor et pericardium, et varia organica partium in thorace vitia, cujus modi sunt cor arteriaeque ampliata aut eorundem capacitas imminuta, structura mutata, valvulae cordis et magnarum arteriarum in os versae valvulae eaedem minores justo factae, polypi, tumores in pericardio, jecur durum et tumefactum, graviditas in infirmis, ductus thoracicus ruptus, aquosa sanguinis conditio, exhalantium relaxatio, exercitatio nimia et diuturna, denique quidquid totum corpus infirmet.

quores trigidi calefacto corpore sumptit ani-

### DE SYMPTOMATUM RATIONE

cones mana, quales sunt extremarum par-

Proximum est ut de symptomatum ratione loquar; et ea, quorum rationem reddere conaturus sum, haec sunt, spiritus difficilis, vultus pallor, pedum oedema, urinae mutationes, decumbendi difficultas subitaeque e somno excitationes.

- 1. Spiritus difficilis pendere videtur ab efusione serosa in uno vel utroque thoracis cavo collecta, quae pulmones comprimit, et ne rite distendantur prohibet, ita ut non libere in cellulas spirituales aër descendat.
- 2. Faciei pallor et labiorum lividitas pendent, ut videtur, a duabus causis, nempe a sanguine non, ut decet, mutato in pulmonibus propter spiritus difficultatem impedientem ne aër satis magnâ copiâ ad sanguinem admoveatur, dein a reditu sanguinis per venas interrupto.

- 3. Oedema pedum attribuendum est corporis infirmitati, hoc malo urgente, turbatae circuitus sanguinis actioni, et praecipue libero sanguinis motui, per venas impedito, et etiam aquosae sanguinis parti e capillaribus vasis elabenti, absorptionis viribus simul imminutis.
- 4. Parca copia et rubor urinae oriuntur propter magnam aquosi humoris quantitatem quae in cavum thoracis et haud raro in alia cava simul infunditur, quoddam enim aequilibrium inter secretiones servatur, ita ut quoties alia multum augetur, alia imminuatur; imminutâ autem urinae copiâ, necesse est ut rubrior sit, quoniam minus est humoris aquosae ad partes ejus coloratas diluendas.
- 5. Decubitus difficilis est in fere omnibus malis, in quibus dyspnoea urget, quia, erecto corpore, diaphragma facilius comprimit viscera abdominis, et costae minore nisu sursum trahuntur; sed in hydrothorace, ubi

homo recumbit, et praecipue in id latus, in quo aquae non sunt, aqua pondere suo pulmonem magis comprimit; hominemque, strangulationis metu, corporis positum mutare cogit; fieri praeterea potest ut vitia organica pulmonis aliarumve partium in thorace, qualia saepe hydrothoracem creant, decubitum aliquo modo difficilem reddere queant.

6. Subitae e somno excitationes cum palpitatione a simili pendent causa: e-recto enim corpore aquae ad imam thoracis partem descendunt, sed, decumbente homine, in somno, aquae surgunt in pulmones atque pericardium, quorum functionibus impeditis, sensuque strangulationis orto, homo subito excitatur, urgenti palpitatione, propter cordis nisus ad id submovendum quod actionem ejus impedit.

## DE DIAGNOSI.

Morbi a quibus necesse est ut hydrothorax dignoscatur, sunt empyema, asthma angina pectoris, cordis et vasorum magnorum vitia. Empyema antecedunt signa inflammationis pulmonis, et quoties symptomata quae pneumoniam comitantur, per haud parvum spatium perstant, dein ex repentino decedunt, et urgere incipiunt sensus plenitudinis, cum dolore obtuso et pulsatione, horrores frequentes quibus calor corporis aliaque febris hecticae indicia succedunt, dum aeger in latus affectum facilius nunc decumbere potest, judicandum est malum quod urget empyema esse.

Asthma paroxysmis accidit, qui plerumque versus matutinum tempus incipiunt, comitante tussi sicca, et quum jam per brevius longiusque spatium vexarint, paulatim decedunt muco copiose et libere exsputo, et sudore pleno in superioribus corporis partibus orto, restante spiritu aliquantum stridulo, et saepe sensu angustiae in pectore; et inter paroxysmos homo secunda fere valetudine utitur.

Angina pectoris a dolore acuto sensuque contractionis ad imum sternum incipit, dolor extendit se sursum ad brachium sinistrum et usque ad partem ubi musculus deltoides inseritur; saepe autem ad extremos digitos. Spiritus difficilis est, palpitationes cordis vehementes cum magna anxietate et strangulationis sensu.

Excitatur subito corporis nisu valido, ut in collem ascendendo, et in ulterioribus morbi temporibus nisu levissimo affertur et in nonnullis exemplis homo decidit motu privatus.

Palpitatio cordis si citra vitium cordis organicum ortum est, levior est, causis evidentibus concitata neque diu perstat: si a vitiis organicis pendet, alia symptomata quae oriuntur facile ab hydrothorace dignoscunt: haud raro vero fit ut vitium organicum cordis conjunctum sit cum asthmate.

Aneurismata aortae distinguuntur pulsatione in regione arteriae perpetua, omnibus causis quae sanguinis circuitum incitant aucta, dolore partem quae pulsat infestante, et in nonnullis exemplis tumore in externis partibus percipiendo.

Quanquam enim aquae iterum arque iterum arque iterum conissue sint, non desinent sese colliger oct quandru auget vitium a quo omiquin deficilitammi is a aquas submoveres et submotae aacpe redeunt, ita ut cunctis medicinae auxiliis repugnent; quam ob rem promorbo maxima met ucudo semper habetidus est, nequa licut umquam confidere exitum fore prosperum as

#### DE PROGNOSI.

Quoties Hydrothorax pendet a prava thoracis partiumve in eo contentarum conformatione, aut ab aliquo vitio eorundem organico, vix expectandum est aegrum posse ad sanitatem reduci.

Quanquam enim aquae iterum atque iterum emissae sint, non desinent sese colligere, quandiu urget vitium a quo oriantur. Quin et ubi nullum hujusmodi vitium adest, difficillimum est aquas submovere, et submotae saepe redeunt, ita ut cunctis medicinae auxiliis repugnent: quam ob rem pro morbo maxime metuendo semper habendus est, neque licet unquam confidere exitum fore prosperum.

DE NOTIS, SECTO CORPORE, DETECTIS.

et earum interna tunica plus minusve spi-

Secto corpore, plus minusve humoris in thoracis cavo invenitur; variat a pluribusunciis ad multas libras: humor colore subflavo aut subrubro est, saepe flocculis ex lympha coagulata commixtus, et in nonnullis exemplis, admoto igne coagulatur. Pericardium quoque aliquando aliquid humoris praeter naturam continet; et nonnunquam etiam tela reticulata ipsius pulmonis humore distenditur. mones pondere aquarum compressi sunt. Haud raro cor in omni parte pericardio adhaeret, in aliis exemplis ligamenta sese extendunt inter id organum saccumque ejus: auriculae et ventriculi crassiores atque ampliores facta sunt, valvulae minores brevioresque solito evaserunt et aliquando in cartilaginem versae, quae spiculis ossis commixta est, aut crassiores factae sunt. Polypi in corde aut in aorta inveniuntur. Aorta et arteria pulmonalis saepe crassiores sunt

et earum interna tunica plus minusve spiculis osseis et cartilagine distincta, et in raris exemplis haec vitia totam earum substantiam pervadunt, ita ut haec vasa canales ossii fiant.

Arteriae thoracis vel imminui vel augeri ambitu possunt. Cor comprimi potest tumoribus a pericardio extantibus aut adipe praeter modum collecto.

-otto sesso silrosus C.my assay manigate

acta some, valvuine minutes busyine

solito evaserint et aliquando in car-

## DE CURATIONE.

entesis thoracis impor

Praecipua medendi consilia sunt; primo ut causas excitantes submoveamus, remotio-resque corrigamus, dein ut humorem tollamus, postremo ut ejus reditum prohibeamus.

Si proclivitas ad morbum intemperantia, aut vitae genere pravo orta est, aeger quam primum ad meliora confugere debet. Si morbus ab inflammatione ortus est, ea venaesectione, remediis purgantibus similibusque superanda est.

Si pendet a vitio cordis jecinoris aliûsve alicujus partis organico, medicinae ope parum prodesse possumus; maxima in hujusmodi exemplis ponitur spes in hydrargyro ad ptyalismum excitandum sumpto. Aquae duobus modis submoveri possunt, aut actionem absorbentium vasorum augendo, quo plus humoris auferant, aut eas emittendo

per plagam factam in thorace, cui nomen paracentesis thoracis imponitur.

Ad absorptionem augendam Emetica, Diuretica, Diaphoretica, et Cathartica adhibentur.

Emetica.—Vomitus ad plenum effectus videtur vim absorptionis secretionemque urinae promovere; quoniam autem metuendum est ne inde strangulatio ex impedito spiritu, aut alia perniciosa mala ex impetu sanguinis ad pulmones et cerebrum aucto, oriantur, et quoniam aegro maxime est ingratus, emetica raro ad plenum vomitum movendum sumuntur, sed ea copia, qua nauseam creant, saepe utilia sunt propter auctam absorptionem quae, ea urgente, fit. Praecipua remedia hujusmodi sunt, ipecacuanha, tartras antimonii et potassae, et mixtura scillitica.

Diuretica.—Hoc medicamentorum genus aliquod incommodi habet, ex eo quod pa-

rum certum est: attamen saepe magnopere proficiunt. Eorum praecipua sunt aqua, acida, tum mineralia, tum vegetabilia, varii sales medii, digitalis, scilla maritima, spiritus aetheris nitrosi, oleum terebinthinae, ferrum, lytta, et juniperi oleum.

Aqua.—Olim solenne fuit apud medicos liquores, quantum maxime, hydropicis prohibere, ex eo quod iisdem persuasum erat, quo plus aquae sumptum esse eo plus coacervatum iri.

cum alcohole ut in aethere nitroso maxime

Quum vero jam constat rem minime ita se habere, aegrum potius hortantur eandem bibere. Aqua igitur hodie saepe maximam efficit partem remediorum diureticorum, et plura forte ex his minimam, eâ submotâ, potestatem haberent: quin et aqua per se magna copia haud raro id egit ut hydrops sanaretur. Quoties vero potus aquosi assumpti fuerint eo consilio, comparare oportet quantitatem ejus quae bibitur cum urina reddita, et si plus redditur quam assumitur compe-

rimus remedium utile fuisse, sed opus est praeterea ut perspiciamus an tumor hydropicus imminuatur an increscat. Satius autem plerumque est aquam cum quibusdam salibus mediis conjunctam quam per se adhibere.

Acida.—Ea quae mineralia acida nominantur dotes diureticas haud exiguas possidere videntur.

quo plus aquae sumptum esse eo pius coa-

Acidum nitricum praecipue conjunctum cum alcohole ut in aethere nitroso maxime prodest. Idem utiliter sumi potest cum Digitali.

R. Tinct. Digitalis, 3i.
Spiritus Aether. Nitros, 3iv.
Aquae, 3vij, fiat.

Mist.—Cujus sumatur ži ter quaterve quotidie.

retur. Quoties vero potus aquosi assumpti

Acida vegetabilia, haud magna hujusmodi vi praedita, parum usurpantur.

Digitalis.—Effectus digitalis multum a conditione corporis pendet; quoties enim homo robustus est et diathesis phlogistica cum pleno pulsu adest, parum prodest et saepe urinam nihil movet: quum autem contraria corporis est conditio praestantissimum est remedium. Et ut, pulsu pleno, non valet ad absorbentium actionem movendam nisi vis sanguinis prius imminuta fuerit, ita (Doctore BLACKALL, auctore) inutilis est in hydropicis nisi urina calore sese coagulet. In digitali administranda summa animi attentio ad indicia quae oriantur adhibenda est; propterea quod fieri potest ut effectus maxime ingrati, quin et perniciosi inde affestare videtur; quia cam possimus facil rutar

In initio exigua ejus quantitas dari debet, gradatim augenda. Si quando vomitus aut soluta alvus exinde fit aut canalis alimentarius aliter turbatur, opium sumendum simul est; nam nisi haec mala submota sint, dotes ejus diureticas non exercebit.

gendam eam conjungere oportet cum aliis

Quoties autem nausea perpetua, vertigo, dolor capitis accedunt, pulsu simul sese intermittente et parum frequente reddito, protinus eam tollere oportet; effectus enim ejus perniciosi aliquando latent in corpore, dein uno tempore totam eorum potestatem edunt.

Brevi elapso spatio, licet iterum ad eandem confugere; sed ab ea quantitate, qua primo sumpta est, incipiendum est; quoniam quam jam corpus effectibus ejus subjectum fuerit, multo minor quantitas sufficit ad corpus iterum eodum modo afficiendum. Ex praeparatis ejus tinctura ceteris praestare videtur: quia eam possimus facilius accomodare consiliis nostris, et minus ad mutationem subeundam apta est, quam pulvis qui humore, luce, et tempore vitiatur. Infuso quoque praestat quia non tam saepe nauseam excitat: ad effectus ejus in ventriculum prohibendum aromata simul sumpta conveniunt, et ad vim ejus diureticam augendam eam conjungere oportet cum aliis ejusdem generis remediis ut cum scilla, supertartrate potassae, tabaco, hydrargyro, spiritu juniperi composito.

Nicotiana Tabacum.—Hoc medicamentum olim frequentissime adhibitum est, sed hodie raro usurpatur. Effectus ejus haud multum differunt ab digitalis effectibus: vim enim circuitus sanguinis imminuit potestate sua sedante, ita ut absorbentium actio intendatur.

Scilla Maritima.—Scilla tum ab antiquioribus medicis tum a recentioribus plurimum usurpata est, et profecto eadem videtur multo magis huic hydropis speciei accommodata quam ceteris; quippe quae
simul expectorationem, et excretionem per
organa urinae auget. Videtur maxime prodesse ita sumptum ut nauseam creet, ex
qua absorptio adjuvatur.

Quo potissimum organa urinam secernentia afficiat, expedit eam cum nitrate potassae

aliisque salibus mediis conjungere. Ex praeparatis tinctura optima esse videtur.

Colchicum Autumnale.—Colchicum haud exigua urinam movendi potestate praeditum est, sed effectus ejus minus sunt certi quam scillae.

Utrumque pari fere ratione corpus afficit.
Colchico olim uti medici solebant, sed hodie
propter actionem ejus vehementem parum
in hydrope adhibetur.

Diaphoretica.--Quum cutis in hocmalo sicca est atque arida, deficiente ejusdem halitu, diaphoretica videntur maxime postulari, et multa exempla proposita sunt ex quibus eorum utilitas patet. Magis tamen in ascite proficiunt. Praestantissima sunt balneum, vaporarium, pulvis ipecacuanhae compositus, diluentia et similia. Quoties ea adhibita sunt in hydropis curatione, sudores non contineri debent intra spatium minus quam horas duodecim.

Purgantia.—Medicamenta purgantia maxime usurpantur et magnopere prosunt in hac, ceterisque hujus morbi speciebus. Duplici consilio sumuntur, sive ad alvi duritiem prohibendam, quae tam facile in hoc malo oritur actionemque diureticorum impedit, (nimia tamen purgatio diureticorum potestati adversatur) sive ad humorem coacervatum tollendum propter auctam ab intestinis excretionem. Ea optime ad hanc rem accommodata magnam humoris copiam ab intestinis eliciunt; qualia sunt elaterium, gambogia, colocynthis, scammonia, jalapa vel pulvis jalapae compositus. Sales medii quoque qui purgant aliquando sumuntur.

Praeparata ex hydrargyro saepe utilissima sunt.—Hydrargyrus quidem ex praestantissimis remediis adversus hydropem invenitur. Sive enim medico placuit per purgantia sive per diuretica hunc morbum curare, hydrargyrus minime omittendus. Effectum enim utrorumque ad absorptionem promovendum magnopere adjuvat, et praeterea vitia organica, si qua sint, submovere potest.

Sub-murias hydrargyri, aut pilula ex praeparatis maxime convenit.

Ita assumi debet ut gradatim corpus afficiat. Hanc ad rem pilula sumpta mane et vespere expedit donec gingivae affici incipiant. Nonnulli autem anteponunt inunctionem.

Detractio Sanguinis.—Venaesectio adhibita est, et aliquando quidem magnopere profecit; sed ex corporis infirmitate in plerisque exemplis non admodum saepe expedit. Quoties vero congestio sanguinis topica adest, mittendus est sanguis per hirudines aut cucurbitulas.

Et si pulsus plenus et durus est cum tussi, dolore thoracis, dyspnoea aut exsputo sanguine, venaesectio minime omittenda est. Eadem laudatur citra signa diathesis phlogisticae, quia imminuendo quantitatem sanguinis vires absorptionis intendit, ita ut magnam afferat opem aliis remediis quae ad hanc rem usurpantur.

Epispastica et Stimulantia.—Epispastica et alia stimulantia remedia quodam consensu videntur vim addere absorptioni, et saepe, irritatione contraria, dolorem pectoris et dyspnoeam sublevant.

De thoracis Paracentesi.—Humoris emissio per plagam in thorace factam saepe apud antiquos adhibita est, sed rarius nostris perficitur regionibus.

Videtur minus saepe usurpari quam oportet. Omnia enim alia remedia saepe spem medici fallunt, et aeger relinquitur brevi morbo extinguendus.

Anceps quidem est remedium; sed fieri potest ut prospere cedat; et nihil mali potest inde oriri nisi ut aegri vita paucis horis brevior fiat.

Submoto humore coacervato, proximum est, ut operam demus prohibendo ne iterum sese colligat. Hanc ad rem vires aegri per roborantia sustinendae sunt; hujusmodi sunt amara et acida mineralia; multum quoque prodest per diaetam et regimen idoneum.

Cibus debet nutriens esse parum stimulans, facilisque concoctu. Caro animalium quae jam matura sunt, caro ex ferinis, isque qui non pinguis est, et qui aliquod spatium post necatum animal servatus est, facilius concoquuntur.

Caro assus magis nutrit et facilius concoquitur quam elixus. Sumi debet minori copia et post breviora intervalla quam solet. Cibus bene dentibus conficiendus est. Si ventriculus non fert carnem assam, juscula et alia decocta, nimio piperis evitato, assumenda sunt. Ex vegetabilibus optima sunt, porrus, cepe, allium, sinapi et similia.

Potus copiosi assumendi sint, quoniam tum diureticorum potestatem promovent et ipsi diuretici sunt. Ex validioribus optimi sunt Vinum Rhenanum. Vinum rubrum Lusitanicum, et spiritus juniperi dilutus. Exercitatio, quoties aegri conditio sinat, nunquam negligenda est, quoniam, sanguinis circuitum per extrema vasa adjuvat et vires corporis intendit. Navigationes, propter nauseam quam creant, utiles sunt.

Equitatio quoque et vehiculae, frictiones per lanam et rubefacientia quae vasa capillaria stimulant, reditum sanguinis ad cor promovent, absorptionem augent et corpus calefaciunt. Balneum calidum et frigidarium corpus roborant: post haec frictiones usurpandae sunt, et corpus vestimentis frigore defendendum est. Si locus humidus et frigidus est ad magis calidum salubremque homo sese confugere debet; ad fontes me-

dicinales ire saepe utile est; iter, mentis relaxatio, et exercitatio, quae loci mutatio affert, multum prodesse possunt. Nonnulli fontes quoque ventriculum corroborant et vim diureticam possident, ita ut admodum utiles sint.

Quin et domi aqua, quae arte cum acido carbonico conjuncta est, potest aliquid ad sanitatem conferre.

nis circuitum per extrema yasa adjuvat e vires corporis intendit. Navigationes, prop ter nauscam quam creant, utiles sunt.

Equitatio quoque et vehiculae, frictiones

laria stimulant, reditum sanguinis ad cor

calefaciunt. Balner ZINIT idum et frueidam

um corpus roborant : post hace frictiones us

defendendum est. Si locus humidus et fri-

gidus est ad magis calidum salubremque

homo seso confugere debet; ad fontes, me-

THE REPORT AND A PROPERTY AND A

Meingles in sarpe this safe the shorts rebranches et exerciatio, quie noi mulatio all leri, maltun prodesse possum. Noncatti butes queque rententamin complant les leutes queque rententamin complant les leutes queque rententamin complant les

TESTAMEN MEDICINI

# STETHOSCOPIO